

In nomine Sancte et Individuale Trinitatis Amen. Hermannus Dei gratia Camminensis Ecclesie Episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam decrescente condicione humani generis et labente probatioris copia super his que sunt rationabiliter ordinata consueverit sepius deperire. Ideo utile iudicatur ut super his que acta sunt ad Cavendum futuris fiant publica munimenta. Ad singulorum igitur notitiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire quod juxta susceptum Pontificalis Officij debitum intendentes cultum Divini nominis ampliare in honorem interemeratę semper Virginis Marię in antiqua Civitate Colberg ubi quondam Domino deserierant Canonici Colbergenses sub observantia regule Beati Benedicti Claustrum Sanctimonialium stabilendum decrevimus. et fundandum. Et ne ipsum Claustrum et persone que ibidem pro tempore fuerint sine nostro subsidio mancant temporalibus, quia spiritualia sine temporalibus subsistere diu minime possunt. Ipsi claustrum dedimus et appropriavimus. locum illum tam in vertice quam in valle ubi apud ipsum claustrum quondam fuerat quoddam castrum cum attinentiis et aliis loci et omne jus et utilitatem que in ipso loco et suis terminis dinoscimus habuisse tam de ortulanis quam de aliis. Volentes ut de Ortulanis cum Colberg fuerimus ad eorum nam nostram.

coquinam nostram nobis caules et olera mi-
mistrentur ad tempora vite nostre, nullo va-
lente ab ipsis ortulamis caules vel olera cum
Colberg non fuerimus extorqueri. Item dedi-
mus ipsi claustrum villam Wobrote infra ter-
minos eius cum iudicio colli et munus et
civili nec non omne jus quod in ipsa villa
et terminis suis in aquis et aquarum de-
cursibus paludibus pratis pasuis viis et
semitis dinoscimus habuisse vel haberi po-
terat in futuro. Item dedimus proprietatem
agrorum allodii dicti Colk cum termi-
nis suis et ipsum locum allodiicum aquis
et aquarum decursibus paludibus pratis
pasuis. Simili modo donavimus propieta-
tem ipsi claustrum allodii et agrorum quon-
dam Sancti Spiritus in Colberg cum termi-
nis suis et his que in aquis paludibus
pratis pasuis infra ipsos terminos con-
tinentur et omne jus et utilitatem que
in omnibus predictis et quolibet predicto-
rum habuimus vel a nobis haberi poterat
in futuro. Preterea dedimus ipsi claustrum
in terminis nostris ad usus ipsarum Sancti-
monialium unam navem liberam cum
aletia capiuntur districtius sub intermi-
natione anathematis inhibentes. ne quis
huic nostre donationi audeat contradicere
Ut autem contra predicta malignandi ani-
mus precludatur presens scriptum si-
gillo nostro iussimus roborari. Testes
hujus sunt Henricus Thesaurarius Cam-
minensis item Otto Domicellus Co-
mes de Everstein, preterea Bartholdus.

Thuringus David et Segelin fratres De
 Greben Ulrichus et Indericus fratres De
 Bevenhusen ac alij plures tam clerici
 quam laici fide digni. Datum Colberg per
 manum Magistri Joannis nostri Notarij Anno
 Domini Millesimo Ducentesimo Septuage-
 simo Octavo, quarta decima Calendas Julij
 Pontificatus nostri Anno Vicesimo quinto.

202

[Faint, mostly illegible Latin text, likely a continuation of the document or a separate entry.]

102

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.